BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 21v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ptilibus. Que prima fuerint ecce
uenerunt. Noua quoque ego annuncio
antequam oriantur audita faciam
uobis. Cantate domino canticum
nouum laus eius ab extremis terre.
Qui descenditis in mare et plen
tudo eius insule et habitatores earum
Subleuetur desertum et ciuitates
eius in domibus habitabit cedar. La
udate eum habitatores terre de uertice
montium clamabunt. Ponent domino
gloriam et laudem eius in insulis nun
ciabunt. Dominus sicut fortis e
gredietur. sicut uir preliator susci
tabit zelum. Vociferabitur et cla
mabit. super inimicos suos conforta
bitur. Tacui semper silui paciens
fui. sicut parturiens loquar. Dissi
pabo et absorbebo simul. desertos fa
ciam montes et colles. et omne gra
men eorum exsiccabo. et ponam flu
mina in insulas. et stagna arefaciam
Et educam cecos in uiam quam
nesciunt in semitis quas ignora
uerunt ambulare eos faciam. et
ponam tenebras eorum in lucem
et praua in directa. Hec uerba feci
eis. et non dereliqui eos. conuersi
sunt retrorsum. Confundantur
confusione qui confidunt in scul
ptili. qui dicunt conflatili. vos dii
nostri. Surdi audite. et ceci intue
mini ad uidendum. Quis cecus nisi
seruus meus. et surdus nisi ad que
nuncios meos misi. Quis cecus nisi
qui uenudatus est. Et quis cecus
nisi seruus domini. Qui uides mul
ta. nonne custodies. Qui apertas

aures habes nonne audies eum.
Dominus uoluit ut sanctificaret
eam. et magnificaret legem et exco
leret. Ipse autem populus desertus et vas
tatus. Laqueus iuuenum omnes.
et in domibus carcerum absconditi
sunt. facti sunt in rapinam nec
est qui eruat in direptionem et non
est qui dicat redde. Quis est in
uobis qui audiat hec. attendat
et auscultat futura. Quis dedit
iacob in direptionem. et israel uastan
tibus. Nonne dominus ipse est
cui peccauerunt. et noluerunt in
uiis eius ambulare. et non audi
erunt legem eius. Et effudit super
eos in dignationem furoris eius.
et forte bellum. et combussit eos
in circuitu. et non cognouerunt. et suc
cendit eos et non intellexerunt.

XLIII

Et nunc
hec dicit dominus deus.
Creans te iacob. et form
ans te israel. noli timere quia red
dem te. et uocaui te nomine tuo
seruus meus es tu. Cum pertran
sieris per aquas tecum ero. et flumi
na non operient te. Cum ambu
laueris in igne non conbureris. et
flamma non ardebit in te. Quia
ego dominus deus tuus sanctus
israel. saluator tuus dedi propiciatio
nem tuam egyptum. ethiopiam
et saba pro te. Ex quo honorabi
lis factus es in oculis meis. et glo
riosus ego dilexi te. et dabo homi
nes pro te. et populos pro anima tua.
Noli timere quoniam ego tecum